# CAP. VIII.

## *Bellum cum Sexto Pompeio.*

1 SUblatis percussoribus Cæsaris, supererat Pompeii domus. Alter juvenum in Hispania occiderat, alter fuga evaserat: contractisque infelicis belli reliquiis, quum insuper ergastula armasset, Siciliam Sardiniamque habebat. Jam & classe medium mare insederat,

O

FREINSHEMII.

1 *Alter juvenum*] Cn. Pompeius, de quo supra. 4, 2, 86.

VARIORUM.

QUæ hoc capite continentur, scribunt Livius, 127, 128, 129. Sueton. Augusto, capite 16: Copiosius Appianus, de bel. civ. lib. 5. pag. 741: Eutrop. 7, 1: Oros. 6, 18: Plin. 7, 45: Solin. cap. 5. Lege carmina, quæ cap. 5. adscripsimus. Hoc bellum canit eleganter Horatius, ode nona Epod. *Camers.*







Alter fuga] *Publicavit in hoc nummo suum (non ergo patris; uti huic subinde scribitur) caput Sextus Pompeius, cum inscriptione, MAGNVS PIVS IMP. ITER: & in adversa parte, PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARITIMÆ EX SC. Magni cognomen hereditarium ei fuit a patre: Pii adoptavit, quod patris necem ultus est, & quod apud eum profugis asylum paravit.*

Sici-